



Lamberti Hortensii ... Libri secundi Satyra secunda

<https://hdl.handle.net/1874/260053>

3

6

LAMBER
TI HORTENSII MONT
fortij Libri secundi. Satyra
secunda.



VLTRAIECTI.
Harmannus Borculous excudebat.
Anno. 1554.

LAMBERTI HORTEN.

SII MONTFORTII. LIBRI

secundi. Satyra secunda.

a^o 1552.

Dic mihi num fas sit, tria Zenocare profari
 Libera uerba, Strophis nō diuexanda paratiē
 Non tria, quæ uideat, nec tristi curia uultu
 Audiat: en nobis sunt Saturnalia puro
 Dissoluenda mero: mihi ad hæc Feronia ludo
 Vertice donauit detonso pila: quare
 Impunè inter nos fas sit ioca salsaq; uino
 Inscribenda loqui, quæ nemo eliminat, at quæ
 Fida sinu foueat rosa in aurem surda sinistram.
 Adde, coronatus Phœbea tempora lauro
 Dum incedo, paribus uestigia herilia plantis
 Insequor, ergo mihi facilis ueniam dabis ultro?
 Non ueto, dum modicus, dū sobrius, ut neq; dicto
 In rabiem erumpant, neq; stigmata seuus inuras,
 Cui niteat podex sine labe, aut uulnere nudus.
 Sunt mihi tres Charites, & Phœbus Apollo uocati.
 Ardalidum iuxta numerum, totidemq; poëtæ
 Ad cœnam, paruo instructam, de more, paratam.
 Consensu hic regem talis sortimur Iacchi,
 Omnibus è ueterum qui consuetudine leges,
 Qui det conuiuiis potandi iura uocatis:
 Ut bibat, aut abeat, tristi qui fronte seuerus

Stoicus

Stoicus ad calices rugauerit ora meræcos.
Hic Iouis ut crater cessauit ab ordine magnus
Seruatoris, amica boni & commistio Pramni
Demonis extremum redijt (faustum quod) in orbem,
Omnibus ex æquo ius, partem in utramq; liceret
Dicere quæ uellent, rex fecit: nec foret ulli
Libertas maranda mero fraudine doloue.
Plaustra Lycambeo cessarent sparsa ueneno.
Verum ea, quæ ludis doctis solet esse sophorum:
Vt prisce spinas, nodosa enigmata, griphos
Mnemoniasq; solent in cœnis projicere acres,
Ingénij accensas liquido explorare Lyæo
Hoc uires pacto, nervosq; intendere laxos.
Nullus ibi inuidiæ fuerat locus, haud sycophantiæ
Dentale, & morsum quisquam metuebat amarum,
Nec Momum, quamuis fuerat nasutus & asper.
Hic ego, magnanimum rex ò ter maxime regum,
Consulimus, tuleris quam legem, æquiq; boniq;.
At nostra hæc ætas, quæ plus sapit, atq; habet aures
Et nares, præ queis, nostrorum tempus auorum
Vt sine iudicio, stupuit, paradoxa thesesq;
Lactari dulces tolerat minimè inter amicos.
Tu mihi das ueniam, prohibet Cato tertius, atq;
Octauus sapientum, qui te partem in utramq;
Differere, & dubias neruis & acumine uoces
Quod poterit, uetet, & uetet argutarier audax.

Nemo nisi effracto, & non sanamente, cerebro
Iactanda in medium, quæ constant omnibus, & quæ
Dissentit nemo, dicat. quid? tunc ais: aio.

Hic negat: in trutina reliquum est expendere iusta

Argumenta, quibus sua quisque probasse laboret

In dubium reuocata, ut uerum subsiliat binc:

Aut id, quod simile est uero, uel sensibus æquum, &

Iudicio expositum communi: eademque uicissim

Reddere mutatis diuersa coloribus, ut sint

Consentanea dicendo paribusque figuris.

Dixerit hoc multo laudatius esse Philemon

Quam pergræcari, quam uersa ludere pella

Cottabasin, canere ad myrium sine honore, tyramæ.

Nobile diuini malo uersare Platonis

Symposium, impuri quam prandia foeda Philelphi,

Aut quam quorundam nostra hac ætate secundas

Conditas olida mensas spurcæque salinas.

Quæ datur Aonidum laudata licentia ludis.

Dicere utrimque thesin pueris, mensa illa repellit

Non illa a cœnis debet, sacrisque Lyæi.

Quod quicumque negat, gerit insanabile succo

Veratri pectus, Thulæ ablegandus in oras,

Aut quos Hesperidum uidet Atlas maximus hortos.

Ingenij est laus summa, probabile reddere dictis

Quod thema cunq; licet sit uulgo infame profano,

Per lulum modo, perque iocum in lucem exeat, ore

siue

Sive grege in magno dicendo ebuccinet illud.

*Qui muscam aut culicē laudat, redditq; elephantē,
Vindicat eloquiū nomen famamq; deserti.*

Sic qui ranarum & muscarum praelia scribit,

Diraq; porcelli qui testamenta recundit

Nil prauī admittunt, placet ingeniosa uoluptas.

At uertet patrium Peligni ruris alumnus

Naso solum, quod plena Nucem audiuerē theatra?

Ridentur, plausu & leto excipiuntur (ut est par)

Ista, mouere mihi risum conabere? Lauda

Caluiciū, & uerbis parasti encomia lectis

Declama, quis erit, nisi corneus, aut lapis ater,

Semianimis fibris quin concutietur acutis?

Iam qui nel Pharij celebrant Bussiſidis aras,

Vel Phalarim Sicula gentis uexere tyrannum,

An minus hi solidæ laudis cædriq; merentur,

Quam qui Traiani clarum Neruæq; triumphus

Pulueris illud habet plus, hoc contra minus artis.

Quid? qui Quartanam dicitq; & Laudibus effert,

Ibit is ad coruos atros, ibitq; beatam?

Spongia Stultitiā, uel ſæpia deleat uida,

Materia infamis quoniam explodenda theatro est.

Nominis hanc tamē est tantum famæq; ſequutum,

Quantum nulla ferē numeroſo carmine uidit

Ilīas at Sophiam nemo celebrauerit unquam:

Cauſſa liquet, quoniam nullo præcone tubæ

Indiget, ast per se ualet, & sibi sufficit uni.
Sic, qui Inuusticiam facundo dixerit ore
Glaucō, fungus iners, an erit cordatus & acer?
Doctorum os meruit, qui declamauerit artes
Quas spatiosus habet, uanas, & repperit orbis:
Non expectatam quod rem persuaserit: idem
Inq; album pulchris uertit rationibus atrum.

Rhetores in primis docili uoluere iuuentæ
Ista rudimentis tradi, atq; inolescere pubi,
Confirmare theses, subuertere rursus easdem.
Scilicet hoc pacto mentemq; animumq; uirilem
Paulatim teneris rectè instillarier annis,
Non male credebant, sic Quintiliane solebas
Tironem formare rudem, teq; inde sequuti
Quotquot Cecropiæ moderantur castra Minervæ.

Flexanimam meritò prisci finxere disertum
Ora uirum regere & filo atq; examine iusto:
Quas sine turba fremens nullis retinetur habenis,
Nulla gubernaculo res constat publica: nulla
Consilia: in summa, stimulos habet atq; catenas,
Colticus Alcides, quibus Actæusq; Pericles
Versauerē animos, hac Pitho Oeagrius Orpheus
Saxa ferasq; suis exegit sedibus, atq;
Ponē sequi ad citharæ cantum uocisq; coëgit.
Hac Dirceus & Amphion sua mœnia Thebis
Condidit, & muros lateres cumulauit in altos.

Eloquij uires acuat si Suada potentes,
Vir bonus, efficiet, tibi quo uideatur adulter:
Prodigus, argenti frugi ut dicatur amicis,
Aut etiam frugi melior: quemq; ales pernox
Desessum aſiduo à teneris exercuit annis,
Assẽm ille accipiet uel totum, ut uir bonus, heres.
Potori bibulo, uitam qui abstemius omnem
Duxerit, exiguo discrimine post ponetur.

Ergo ego Pulydamas metuam ne me notet? ut sit
Vel mutire nefas? tecum inter cymbia falso
Ut nuper, certare modo? & contendere dictis
Non hercle impuris, sed zenocare, disertis?

Atqui, inquis, uideſſis, ne dum tu libera fundis
Carmina uix sanus, sanctarum inscitia legum
Incutiat tibi quid multa, sortisq; malignæ.

Scilicet hac in re nodosa ænigmata legum
Nil ego uel metuam te solo iudice tutus.
Quos secum in magna procerum trahit usq; caterua
Princeps, ijs impunè datur iactare subinde
Ambiguas studio uoces: rursus ioca salsa
Ore profecta leui, non pectore seria puro:
Miles uti rata nulla facit, si futilis ille
Per risum atq; iocum me heredem dixerit assis,
Testamenta, uelut scribis Traiane Seuero.
Adde, Modestino neq; lubrica lingua trahenda est
Ad panam, ut dicat lex Iulia Maiestatis.

Quid si qua e calido uox pectore defluat oris
E sepius, poenasne dabit lingua improba uocis?
Regula me ueteris defendit iuris, ut id sit
Indictum, quod sit stomacho, sit bile refusum.
Sic etiam ignoscunt legum iurisq; periti,
Si qua uel in calidis thermis perfusus laccho
Multo effutieris, aut intra balnea letus,
Siue hilaris uini ad fragrantia pocla falerni,
Hec autem rigidi nolunt ad iuris amussim
Exigier, compotorem nam odere sodalem,
Qui memor effreni iactata eliminat ore.

Religiosa fuit patribus tum sacra uetustis
Mensa, dicata Ioui Xenio, qui iura uocatis
Reddere conuiuis, et dicebatur amicis
Hospitibus, quos et fuerat uiolare nefandum.
Hic libare deo, Genioq; inducere uinum
Adsoliti in primis, dein questio obibat in orbem.
Cottabasis Graecis laudata bibacibus inde est.
Mos erat hic, si quando deos in uota uocarent,
Plena coronati sticare cypella Lyæi.
Tum quoq; lex lata est nec iniqua, faceffere mensa
Aut bibere: ex æquo ut pariter fruerentur eadem
Omnes potandi dulcedine, sobrius ut ne
Incideret quisquam in poti uiolenta minasq;.
Neu quæcunq; ioco, uel seria dicta fuissent,
Sobrius in uulgus posset spargeret unus ineptum.

Qui

Qui daret hic equas inter communia leges
 Sortiti regem talis statuere supremum.
 Huius ab imperio pendebant, non secus atq;
 Seria res foret, & civilibus ardua curis.
 Pocula nominibus uarijs obiere per orbem,
 Iuppiter hic primum sortitus Olympius: atq;
 Inde locum heroum crater ratione secundum
 Obtinuit iusta. Iouis hic fuit ultimus ingens
 Soteris, qui fræna daret uinoq; lupatum.
 Sunt tamen à cœna, qui istum posuere secundis
 Dilutum mensis, ac tum Sotera uocari.
 Huius erat ratio: puro insanire meraco
 Conuiuas, sed aquam commistam arcere furorem:
 Gignere læticiam, uolupte esse, animisq; salubrem.
 Inde ubi mensa cibus esset sublata repostis,
 Illico diluti patera est ablata tonantis,
 Impositusq; mero est plenus spumante culullus,
 Qui fecundus oberrabat clamore secundo,
 Fortunæ atq; bono genio sacer. hunc ita morem
 Temporibus nostris etiam Germania seruat
 Aemula Graiugenum uelut hic, ita laude bonarum
 Lebetridum & sophiæ studijs non cedit amœnis.

SATYRA. III.

1553.

S Cilicet hoc pulchrū est, Tulli è squallore mali-
 Verba stuq; atro in lucē reuocare repulsis (gno
 A 5 Vocibus

Vocibus infuetis, contextu horrere supinum.
Fures, ait Verpus. quid Nannius optima rebus
Conueniant nitidis inducta uocabula, non ut
Grandia ridiculis donauit Musa Capellæ
Verbis, argumenta, nec ornatum addidit ullum:
Non habitū historico, splendor ē aptūque cothurno.
Prætextata decet sublimia dictio, contrā est
In socco, uerum quorundam amentia tanta est.
Et sine iudicio prudentia, læua ut inertes
Materiæ pondus grandi dare non ualeant, quod
Sit supra uires humerosq; onus, ac pede nondum
Se mensi proprio clangentia cornua sumant,
Et lituos, inflare leuē docti malè concham: haud
Assæti manuis rentur se agitare capellas,
Arbusta & teneras inter certare myricas.

Scribo Iouem tennī filo balboq; tragædum,
Contineas risum, si prodit ridiculus mus:
Insanire putes me si infans tollere taurum
At si essem Milo, qui Melitæum ferre catellum
Sim inuālidus, studeam: uel si simulachra deorum
Magnorum attritis uellem exornare lacernis,
Stultitiæ in uitium uesanus labor, amaris
Vocibus ē plaustro uexari dignus, & aures
Aere coronari, Dodonæoq; metallo.

An qui uel Getico scribit sermone uel Indo
Historiam, satis est, quod humi, ceu lumbricus uis

Præter

Prorepas tellure? habeat nil grande, prophane
A plebes distans madida putriq; salua?
Cum uerset nulla scribens grauitate legentem?
Nugaris, quid enim refert idiomate dicas
Ausonio Graioue, an eo, quo barbara toto
Vtitur orbe plagis gens diuersis, cum in eadem
Pensentur trutina tum res, tum examine uoces?

Quāto grandius hoc. quod pleno ē pectore manat,
Arma uirumq; cano, quā illud quod Cyclicus ore
Dixerit infanti, & præmorsos nesciat angueis?
Fortunā Priami? delumbe parumq; uirile,
Et sine testibus, & careat quod sanguine carmen?

Deuolat ē saxo quondam Iouis armiger alto
In tergum teneræ pascentis fortē capellæ.
Simius id simulac coruus conspexit, ut audax
Occiperet facinus maius longē, arietis amens
Lanigeri in uellus se ex alta rupe uolatu
Præcipitat, cum alis passis se auferret in auras
Rursus, ibi implicitus uilloso tergoe lanæ
Vnguibus, imprudens hæst: ruit undiq; totis
Cum clamore agris pastorum uulgus, auemq;
Comprehendunt, tradunt pueris ludibria paruæ,
Viribus aggressum teneris maiora. sed ista
Fabula narratur de te, qui classica sumas,
Fistula cui uix sit modicis satis apta cicutis.

His in diuersum uitium labuntur inepti

Insulsiq; homines, soccum qui reddere uerbis
Sesquipedalibus, & tragicis maiore laborant
Conatu, quam confectis qui etate Colonus
Scripserit Oegipoda, oblite quis sermo iacentem
Materiam exposcat, quis conueniatq; Dromoni,
Quis menodemo, aut Antiphoni, scortoq; rapaci
Atq; isti uirgam sumunt sibi Mercurialem
Censores, qui sufficiuntq; leguntq; senatum
Scriptorum, rursusq; mouent ex ordine ludo
Imperioq; suo, spirantes grandia: contra
Ut qui sentiat hos, beta magis instipidus sit.

Nacca foro medio aut de rape coemptus
Pannis obstitus, horridulus fl lucidus auro
Prodeat in scenam, admissus retinere cachinnum
Effusum possesse: & rhinocerotis aduncas
Spectator nares: Corydon st aut Thestylis verbas
Intritura suis cepas messoribus, atq;
Allia, dic sodes, alium poscētne colorem,
Et res, & uoces humiles magis, atq; pericla
Qui sua deplorat non foelix naufragus: aut qui
Ad Cannas referat quam multo sanguine Paulus
Pugnarit: uel ut in caeno cannaq; palustri
Delituit Lybicas Maruis fugiturus in oras?
Affectatores, sine iudicio, & sine mente
Ridiculi, nescire nihil dum (turpe) laborant,
In lente unguentum, non mirum: ignobile nomen

Dum fugiunt, hac grassantur ratione perennem
Ad famam & cædum, uitium insanabile succo
Herbarum, medicis quas Nyctimus edit amicis.

Hic mihi si faciles Galienus præbeat aures,
Ridebit multo magis, & mirabitur æque.
Ilia scribenti cur non rumpantur, & atra
Confundat bilis uati, turbetq; cerebrum
Occurrit nobis quoties Dorstennius, haud me
Vt Cicero assuevit Brutum Quintumq; salutat:
Sed ueluti faceret sua uerba ad rostra Quiritum,
Aut ad pulpita iam recitaret grande poema.
Scilicet hæc illi est oratio cræbra salute

Parmenonem impartit multa sum mum suū amicum
Gnato: Maroneum Genio fundamur Iacchum.
Altius insurgit per Musas dictio, quam par,
Aut phrasis exposcit nimio popularior, & res.

Affectatorum fatuum genus, inspicere quàm nil
Affectat habeant, qui sunt primæ ordine clāssis.
Quos ut pulchrum imitari est, ita turpē ab iisdem
Et recto filo latum discedere culmum, &
Intempestiue tragicum affectare cothurnum:
Aut cornicum oculos configere uelle, perinde ac
Si penes hos ius sit, sit & arbitrium omne loquendi,
Iudicio superent maiorum pectora recto,
His si scribendum est aliquid, quod pulpita cadat,
Viribus ac nervis opus est ubi, sanguine & omni

Exhau

Exhaustos iures succo: prorsus neq; dulces
Iucundòsue aptare modos, ac texere telam
Iratis Musis & Appolline: condere uersus
Verbaq; Tartessis uariè afficientia feles.
Hic est asperior multo, ille fuit lutulentus:
Crudior alterius iunctura est, aridiòrue:
Siccior est alius, ieiunius & alter: id sit,
Cum Latij sapiant puri n' h' l, atq; politi,
Cur arce Aonidum explodantur & æde Minerus.

Non stultè soleo tacitus mirarier olim
Cuiusdam exactum Latia tellure palatum
Dicere quod primo morsu calleret, & uno
Aspectu, an geminos inter scabra ostrea pontes
Capta forent, quo barbula, quòue in littore flutæ:
Quo stagno asparagus, queis pr'ensus mullus in undis:
Quòue mari soleæ, quo flumine turdus, & alueo.
Iudicium argutum aspectus doctiq; palati.
Non sum diuinus, sed nares disco sagaces
Quorundam, indicio, qui res & uerba palato
Primo degustata uolunt deprehendere, fonte
Quo sint sumpta, aut hausta lacu, uel lecta libello.

Materiam excudo uel nostris uiribus æquam,
Hanc ego delectis diduco uocibus his, queis
(Nam noua sum timidus donare uocabula rebus)
Nobilis Arpinas usus fuit, aut quibus Afer
Arte Terentius excellens, queis Lactea Linè

Inferior nulli est facundia: rectius idne est
Atq; disertius, ac si Cattholica tumentem
Bullatis nugis compiles: unde Latina
Mundicies niteat, uelut atra fidelia: siue
Cratitius gypso paries foede oblitus atro?

Splendet ubiq; bono Cicero sermone Terenti,
Vergilius gemmas e stercore colligit Enni,
Et quorum ueterum extabant monumenta uirorum,
Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

I nunc, & oculo misce mare, sacra profanis
Confunde, exclama admissum graue crimen, obestis
Naribus in tignum infelix abeuntibus, olim
Si malo uiolas, malo uel amaracon, atq;
Cum suis diras sordes lutulentus olere.

Illud ego artificis duco esse probiq; boniq;
Romanos ita scriptores aquare loquendo &
Scribendo (modò sufficiant uires) ut ab ipsis
Fontibus Aonidum uideare bibisse latinis,
Gracchorum aut matris suxisse ex ubere, non ut
Lecta uel in Scythicis oris audita referre, id
Quod faciunt quidam nostra hac etate, disert
Qui dici cupiunt, bisfrons quos Ianus & Auson
AEdidit, inq; sinu à nutricis lacte supinos
Fouit, Hyperboreis quos dicas montibus ortos,
Vernis, Oenotriæ quam (eben) telluris alumnos.
Quorum hic incocto crudus sermone, figuris

Ridicu

Ridiculusq; alius priscis scatet undiq; merdis,
Luxuriatq; nouis plumis, quas finxerit ætas
Carmentæ, quasq; Oenotri uix secula norunt:
Sicana uix adeo gens, uix prisciꝫ Latini.
Hos monumenta Nimiæ, uel fœdera prisca Quiritum
Diripuisse putes, multo est audacius illud,
Romulidum pueri quod forti pectore, rerum
Intrepidoq; animo monstrosa uocabula gignant,
Telluris patriæ immemores uenæq; Quirini,

Nolo esse obscurus, nolo ambiguus, sed opus quid
Externas merces emendicare, ubi pleno
Omnia suppeditent cornu manibusq; benignis
Fastidire cibos patinæ mellioris opimos?
Pro uestro abligurire triglas, & uiuere porro
Tullius his putet, sordetq; his uena Terenti,
Hisq; tacens nimium Plautina oratio uisa est.
Quamlibet informes catulos amplectitur omnis
Simius, ut forma præstantes atq; uenustos.
Atq; unus præcelsus equus diffundit in auras
Durateus multos, armis & uiribus iisdem
Instructos omnes, quibus est uox & color idem.

Deniq; nil dixis, quod non dictum prius olim est,
Excepto, noua res sine nomine si qua oriatur,
Fingere cui uocem Ausoniam sed conuenientem
Cogaris, cum isthæc reputo mecum, an ne molestè
Prostituunt sese, quos maiorum usq; parentum

Disput

Diffudet: at peius digni carbone notari
Quos dixi, non plus sapere ac ientacula betas
Fabrorum fatuas, quod detestentur eos, qui
Sectentur quæ pulchra, & quæ sunt terſa, perinde ac
Grande nefas ducas uirtutem imitariæ auream
Alterius, ſiue è uita decerpere quiddam
Socratica, mores & quod mea pectora formet.

Hunc ego ſaxo deum, qui ſari ex tempore norit
Ipſe ad amuſſum, & inoffenſe, ium ſcribere iuxta,
Quod uel aristoſphanis ſpiretq; oleatq; lucernam:
Nil affectati ſapiat, uerum undiq; quod ſit
In primis rebus, dein uerbo molle rotundis.

Non affectato puer ò ſermone Latino
Ut ere, ſed magnum Ciceronem imitare loquendo:
Reddere facundum is pectus, linguamq; diſertam
Ipſe unus formare poſſit ad pollicis unguem.
Excerpe è claris authoribus optima quæq;
Ingenioſe puer, ne ſorde lutoq; maligna
Barbariei inſiciare, annos atq; hæreat omneis.

SATYRA. IIII.

no 1554.

IBat in Eoas Scordiscus forte paludes,
Nescio conſilio quo, ni quantum reor unum,
Ut genio uetus indulgeret Largius heſtes.
Ducebat pare iure duos offiq; ſodales

Pere

Perfusus secum, similes adeo, ut neq. lae quis
Tam lacti dicat: furunculus & planus audax,
Ingenio totus falsus, iuxtaq. facetus,
Et psaltes, qualem & secula prisca dedere:
Non malus hercle alijs, sibi sed non commodus uni,
Alea si quando pernox es perderet omne, &
Saltando uacuis media de nocte penates
Cantando & peteret loculis, peruenerat illuc,
Quò dixi, excipitur laute, dulcissime rerum
O noster, quid agis: sunt ne omnia salua: ualesne?
Imò etiam ut nunquam melius, mihi pocula Bacchi
Atq. liquor Cereris possunt expellere morbum,
Si qua latent nostris eius uestigia membris.
Rectè sanè alius: quin mensam sternimus ergo?
Itur coenatum: mappæ apponuntur & orbes,
Pocula, quæ sinus, & cymbia iusta referrent.
Missibus hic dubijs, oneratur mensa perinde ac,
Si huc alio heroas misisset iberus ab orbe.
Pollicibus crepitant uersi clamore sonanti
Ingentes calices: pater & rex atq. patronus
Audit Scordiscus pede claudus Mulciber uno.

Quid uerbis opus est: cubitum conceditur, hora
Ambrosiæ noctis suadebat membra quieti
Ponere, itum est, salibus ludunt, saltantq. cameli:
Scordisco lectus soli datur, inde seorsum
Sternitur atq. alijs, alio conclauis, ut honoris

Ergo

Ergo aliquid fieret scordisco cetera furre:

Iam plumis cristata diem cantauerat ales,
Et sylua è summa surgebat Lucifer: ecce
Senuit aqualiculum pinguem sibi sorte dolere
Tristi uentosum Scordiscus mole siburra,
Descendit lecto, feribusq; repagula mouit.
Composuit sese medium, socium inter utrumq;
Altum stertentes: circumspicit omnia tuta.
Oua uelut molli ponit gallina cubili
Inter utrumq; aluum exonerat, lodice reposta huic
Composuit, placido pede se subducit inanem, &
In proprium recipit nidum. simulatq; supinum
Dormire immundo, quod defœdasset clecto
Stragula subridens sociorum. semise pultri
Interea somno excrementis fortiter illi
Hinc illinc sese inuoluunt, uelut hydra palude
Lernæa, illuicq; sues iactantur in alta.
Alter ubi sensit dirum sese inter odorem
Immersum, excussus summo sodicare sodalem
Occæpit cubito: exclamat, superi malè perdant
Te scelus, atq; hominis pestis, qui stragula lecti
Comminxti, excretisq; sciens prudensq; alienum
Fœdatis stratum, accusas me ait, immeritò alter.
Non ego, sed tu istius sceleris conuinceris author.
Ut di præcipitem te dent in tartara Ditis.
Certatur magnis uariè clamoribus: & res

Non

Non dubiam ad pugnam spectabat, membra cachinno
 Concussus nisi Scordiscus uenisset, Et acre
 Certamen medius facundus Et ore disertus
 Finisset, sic Mercurius seruauit utrunq.

FI N I S.